

Ab. 127.
29.



THEMATA
DISPUTATIONIS IV.

DE

PACTIS ET
TRANSACTIONIBVS.

Ex tit. 14. & 15. ff. 2. & concord. tit. 3. & 4.
C. 2. tit. 35. & 36. Decret. 1. nec non tit.
18. sex. Decret. 1. de summa.

ET

Diuinâ aspirante gratiâ.


SVB PRAESIDIO

ORTOLPHI FOMANNI
V. I. D. & P. P.

Placida Collegij publici examinationi, ad
diem 4. M. Augusti, subiecta

AB

ADOLARIO QVETZ
Saxo Halensi.



I E N Æ

Typis Tobie Steinmanni,
Anno 1713 IC.

9
7
EPIGRAMMA DE-
dicatorium.

AD VIRVM

VT GENERIS AN-
TIQVITATE ET SPLENDORE
Clariss. ita virtute, integritate, & prudentiâ
maximè conspicuum Dn. CASPARVM
ZEISEN Reip. Halens. Senatorem di-
gniss. Auunculum suum debitâ animi
oblervantiâ perpetuò co-
lendum.

*S*anguinis arctâ animo nostri si iura voluto
CHARE VIR, & merita in nos tua magna simul:
Nescio qua potior tum sit mihi causa vocanda,
THEMATA TV cuius nomine nostra capu.
Illo iure quidem non est mihi iunctior alter
Vendices hac Themidos qui sibi dona mea:
Nec quoq; si numerum spectem molemq; laboris
Officij; tui, iunctior alter erit.
Ergo TIBI duplici fero, dono, CONSECRO causas
Ergo bonâ accipias OBSECRO mente THESEO.

Adolarius Quetz A. & R.

§. 232323232323 §. 232323232323

I.



Actio siue pactum generatim acceptum, ita ut non modo omnes contractus, sicut & conuentio, sed etiam foedera publica complectatur, definitur: duorum pluriumve in Idem placitum consensus, siue contrahendi siue transigendi negotij causâ.

Definitio.

II.

Et diuiditur in publicum & priuatum; hoc rursus in legitimum & Iurisgentium.

Diuisiones

III.

Ad legitima pacta etiam referimus pacta dotis, donationis, pecuniæ constitutæ, Hypothecæ &c. quæ contractus quodammodo appellari posse statuimus.

h. l. 23. 1. 4

IV.

Nudum dicitur pactum, quod solâ conuentione consistit; cui nullum uestitum opponi, arbitramur.

fol. 20

V.

Pacta quoq; aut sunt Tacita aut Expressa. Tacita, ut quæ ex præsumptâ contrahentium voluntate eliciuntur: Sic inuenta & illata in prædium Urbanum locatori oppignorata esse præsumuntur.

fol. 27

VI.

Quod tamen fallit, in supellectile librariâ studio-
torum, & in rebus minoris, sine auctoritate curatoris
inductis.

fol. 30

fol. 31.

VII.

Expressa fiunt vel Re, vel Epistolâ, vel nuncio, & sunt aut Absolutâ aut Accessoria. Illa vicissim, vel in Rem, generaliter ad omnes pertinentia, quorum

fol. 72

A 2 princ

9
7
principaliter interest: vel in personam, in specie, ad
eum, cum quo paciscimur spectantia.

II X.

Efficient.

fol. 38
Pacisci verò possunt omnes qui naturali & civili
ratione consentire: Infans igitur, furiosus, *fol. 45* prodigus,
Ebrius pacisci nequeunt, quia nullus est eorum cons
ensus. IX.

fol. 56

Pupillus tam infantia quam pubertati proximus, si
conditionem suam facit meliorem rectè paciscitur,
sin minus tutoris auctoritas necessariò requiritur.

Ac quauvis unusquisque sibi non alteri pacisci
dicatur, tamen id non procedit in ijs personis, quæ
bonâ fide nobis seruiunt, quæque res nostras procu
rant & administrant. *fol. 65*

Vndè rectè filij patri, serui dominis paciscendo
res illorum faciunt meliores. Et pacta procuratorum
atque Tutorum dominis & pupillis cum prodesse tum
obesse constat. *fol. 66*

Tandem alterius nomine & reus pacisci potest, ne
à fideiussore; & fideiussor ne à reo aut confideiussore
petatur. *fol. 69* XIII.

Cum omnibus autem pacisci possumus cum qui
bus ius gentium commune est: Quo in genere cum
sit hostis & latro, quaritur, an illis fides data seruanda
sit? Affirmo. *fol. 65*

Materia.

fol. 77 XIV.
De omnibus porrò rebus familiaribus seu priuatis
pacisci licet: De publico iure non item.

XV.

Hinc si paciscar ne iudicati, Depositi, & furti
admissi agam, valent hæc pacta. *fol. 77*

Verùm

XVI.

Verum si paciscar de futura viuentis patris hereditate; non valet. fol. 85.

XVII.

Filia vero si pacta sit se dote accepta nullum regressum esse habituram ad bona paterna, idque iuramento confirmauerit: valebit pactio. fol. 94.

XVIII.

Hinc ardua resultat quaestio. Vtrum renunciatio filiae, de bonis paternis, maternis, & fraternis facta, praedudicet eius liberis, ne succedant, licet in viuis adhuc existente patre, matre, & fratre, filia decesserit. Negamus, dummodo iusiurandum non interuenerit, nec consuetudo obstat. fol. 95.

XIX.

Res autem quae in pactum deducuntur, propriae sint paciscentium, non tamen illicitae, sed honestae. Generaliter enim pacta quae turpem causam continent non sunt obseruanda. fol. 81.

XX.

In praesens, ad diem & ex die, sub conditione, & pure, recte contrahitur pactio. Et quando discerni non potest: Vtrum pactio an stipulatio facta sit, propter verborum ambiguitates, pro stipulatione deciditur. fol. 103.

XXI.

Omnia vero pacta donandi vel remittendi gratia sunt. fol. 108.

XXII.

Effectus pactorum pro varietate iuris varij sunt. Id quod legitimum est, etiam iurisgentium est, sed non contra. fol. 115.

XXIII.

Hinc ex pactis iurisgentium nascitur naturalis obligatio, quae illo iure etiam actionem naturalem gignit. fol. 129.

A 3

Iure

¹³⁰
fol. 129 m. p. r. h. i. n. g. v.
S
P
XXIV. Iure verò civili non persequè omnes conventiones actiones producant, sed saltem pacta non nuda.

XXV. Nuda autem ne quidem exceptiones pariunt, nisi eis succurrat ius prætorium, quo exceptio peremptoria datur, quæ si stricto iure locum non habet, substituitur exceptio doli. *fol. 116*

lib. 3 c. 4 f. 82
XXVI. Pacta in continenti Bonæ fidei contractibus adiecta ex parte rei & actoris; stricti verò juris, ex parte rei tantum insunt. *fol. 119*
XXVII.

9. p. 92 cum 77
70 3 c. 6
38 f. 73
fol. 121. Ex interuallo contractum secuta, re quidem adhuc integrâ, quoad adminicula, vel detrahunt aliquid contractui, eidemq; insunt, & reo exceptionem pariunt, vel adijciunt aliquid & prosunt actori, ad excipiendum. *fol. 122*
XXVIII.

fol. 124. Quod si de substantiâ contractuum conventiones ineuntur, tum vel totum contractum tollunt, & insunt ex parte rei; vel paulò immutant, & novam actionem pariunt actori. *fol. 125*
XXIX.

2. d. No. int
ad div. p. 111
in 1610 f. 65
fol. 125. Aliquando & contra contractus substantiam convenitur, & tum si iustum est pactum servatur, si iniustum, salvo contractu pactio nulla est. *fol. 126*

lib. 2. c. 1. 50 f. 80
fol. 131. Iure pontificio & consuetudinario ex quolibet pacto, serio quidem & deliberatè inito, nasci actionem, communis est opinio. *fol. 132*

lib. 2. c. 4. fol. 59
XXXI. Contraria pactis sunt dolus, & error; atq; posteriora tollunt priora, non quidem iure, nisi nuda sint, sed ope exceptionis aut Replicationis.

lib. 2. c. 4. fol. 1
A
De trans-
actionibus. XXXII. Est & iuris gentium pactum, non gratuitum, Trans-
actio

lib. 2. c. 1. 4. f. 5.

actio scil. quæ definitur: Conuentio de re dubiâ, lite Definitio.
incertâ, ac nondum finitâ, aliquo dato, retento vel
promisso. XXXIII.

Fitque vel pacto conuento, vel Aquilianâ stipula- *Diuisio &*
tione. XXXIV. *forma. d. 1. 4. f. 1. in fine*

Omnes verò possunt transigere qui & pacisci & con- *Efficiens.*
sentire, ut mente sani, licet corpore ægrotent. *lib. 2. c. 1. 4. fol. 9.*

fol. 11 XXXV.

Neque tantum rerum domini, sed & alij eorum *vid. Not. ad Inst. pub. l.*
nomine: veluti Tutores, Curatores &c. dummodo *fol. 42. v. 17. 9.*
bonâ fide, non donationis aut alienationis causâ fiat *prolaty ad 1629*
transactio. *lib. 2. c. 1. 4. f. 33* *f. 129 in cont.*
m. h. p.

XXXVI. *lib. 2. c. 1. 4. f. 13*

Procurator an & is transigere possit dubitatur? *Disp. g. v. s.*
Nego. Quid de patre, an de peculio filij aduentitio *lib. 2. c. 1. 4. fol. 15*
transigere ei licet? Affirmo cum Cisner. in l. 10. n. 8.

hic. XXVII. *lib. 3. c. 1. 36 f. 18*

Res de quibus transigitur dubiæ sunt, incertæ, *Materia*
litigiolæ. Non igitur transactio celebrari poterit de *lib. 2. c. 1. 4. f. 20*
re quæ iureiurando, aut iudicis sententiâ decisa est, *In c. pupillorum*
præsertim cum appellationis, aut alijs remedijs am- *ad 1623 fol. 272*
plius dubia fieri nequit.

XXXVIII.

De matrimonio dissolueno transactio non *fol. 26*
probat: Quid de alimentis dicendum? si ult. volun-
tate relicta sunt, minime valet transactio, nisi accedat
cognitio prætoris, sine quâ ne iuramentum interpos-
situm quicquam operatur, ut tradunt Barr & alij. Sin
verò ex contractu sunt orta, omnino concessa est. *fol. 28*

XXXIX.

De publicis criminibus quæ sanguinis pœnam *fol. 31*
ingerunt, tam reo quam aëtori, cum ante tum post li-
tis contestationem, citra cuiusvis præiudicium omni-
no



9
7
nd transigere licet, excepto adulterio. De alijs vero
non item, citra crimen falsi, in quo transactionem lo-
cum habere statuimus. ^{fol. 37} d. M. 37

XL.

Alias Transactionum non minor est vis & effica-
cia, ac rerum iudicatarum. ^{fol. 59. f. 4. h. 2 c.}

XLI.

Hinc lites legitimis transactionibus finitæ, ne
quidem Principis rescripto, vel ullo instrumentorum
postea repertorum prætextu relascitari iure possunt.

XLII.

Virum ergò l. 2. C. de Rescind. vendit. in trans-
actione locum habeat, in dubium vocatur. Negamus
cum communi Dd. Scholâ, & Camerâ Imperiali, Af-
firmatiua in Constit. Elect. Sax. recepta est.

^{fol. 59} l. 2. C. 4 f. 54 XLIII.

Finis. Finis Transactionis est ut lites finiantur: Huius
igitur causâ tam Reo, quam Actori remedia in iure
sunt proposita. XLIV.

Reo ut nimirum tutus sit vel ipso iure, quando
videl. transactio acceptilatione facta est: vel ope ex-
ceptionis, quando nudo pacto transactio celebrata
est. Si verò stipulatio pœnalis subiuncta est, tum vel
exceptionem adhibere potest, quando ab actore con-
uenitur, vel petitionem pœnæ instituire, sed tunc
amittit commodum transactionis.

^{fol. 55} XLV.

Actori consulitur per pactum factâ transactione,
vel pristinâ actione datâ, vel Replicatione doli: si verò
per acceptilationem liti renunciatum, & stipulatio
intervenerit, actione ex stipulatu, vel omissâ stipula-
tione præscriptis verbis iudicio, vel deniq; pœnam
ei petere licet: nec pœnitentiæ in trans-
actione locum concedimus.

FINIS.

Transactio transigere
ad hunc modum
169 f. 124 in cons. m.

l. 2. C. 4 f. 5.

Kc 3192

8^o


(X2217985)

VO 12

MC







THEMATA
 DISPUTATIONIS IV.
 DE
 ACTIS ET
 TRANSACTIONIBVS.
 4. & 15. ff. 2. & concord. tit. 3. & 4.
 l. 35. & 36. Decret. 1. nec non tit.
 18. sex. Decret. 1. desumpta.
 ET
 Diuinâ aspirante gratiâ.
 SVB PRAESIDIO
 TOLPHI FOMANNI
 V. I. D. & P. P.
 da Collegij publici examinationi, ad
 diem 4. M. Augusti, subiecta
 AB
 DOLARIO QVETZ
 Saxo Halensi.
 I E N Æ
 Typis Tobia Steinmanni,
 Anno 1713 IC.

